

der chint auch wasser in dem gern tragen vnd zeszugen ir chrug alle sampt. vnd namen daz wasser in ir schoz. da wurden sie gar naz vnd nichts nicht beleyb darinne. wie oft si in di schoz guffen. do getorst der chinde allen den tag nie cheynis bey dem chomen. Vnd do si in genug vorchten. do hiez ihesus igleich kint seins chrugs schirbe ze samen lesen. vnd macht si wider gancz. do gingen di chint froleich bey dem an vorcht. vnd sagten iren freunden den andern iuden. dise ding. di wolten durch ir vnselicheit gots tugent vnd craft nicht versten. vnd iaben (asserebant) er tet es mit zauber. &c. Saniora sunt multo, quae in Servatoris doctrinas, Parabolas &c. per decursum Operis commentatur Noster. Definit vero in sanatione pueri Centurionis, neque passionem adtingit. Illud addo, Epiphaniae festum diem adpellari illi diem supremum, der oberste tag, id, quod et in Diplomatis faepe usuvenit. Rationes et exempla habes in Cl. Ant. Pilgram Calendario Chronologico, quod utilissimum opus lucem vidit Vindob. 1781. 4.

CLX. VI. g. 4.

518

Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. nunc 144. 4. grandi rudique caractere perscriptus Expositionem five Glossam complectitur in Concordiam Evangelicam Dominicae Passionis, quae sic inchoat: Postquam a principio corporis evangelici actum est de ingressu saluatoris nostri ihesu in hunc

mundum per eius conceptionem et natiuitatem. Et post hoc de eius progressu per hunc mundum per eius legislationem — Hic iam agitur de eius egressu &c. Atque ex his verisimile fit, quod in hoc Codice restat, tertiam esse Partem Concordiae five Monoteffari cujusdam in totum Evangelium, quae nec ipsa quidem hic integra habetur, nam ultima glossa est in Luc. C. XXIII. v. 12. et quamvis per errorem Compactoris posteriora quaedam inferta sint a fol. 25. ad fol. 37. ea tamen non nisi a Matth. C. XXVII. v. 54. aspiciantur, et in Job. C. XX. v. 4. desinunt. Opus, ut summum, Sec. XIV. scriptum esse patet e frequenter citato Nic. Gorramo O. P. qui a. 1295. diem clausit.

CLXI.

Codex membraneus germ. Sec. 973. XVI. ineuntis, Folior. 150. 8. min. eleganter perscriptus, literis initiorum deauratis, picturatis, Iconibus XXIX. mysteria vitae, Mortisque τὸ Θεαυδὸς artificii penicillo referentibus, marginibusque iis oppositis cum figura e V. T. deprompta, tum diverso florum, animaliumque ornatu variis clarus Narrationem Passionis Dominicae e IV. Evangelistis in unum coactam continet hoc rubro: Der passio als in die vier ewangelisten schreiben, so man sy zusammen setzt nach rechter ordnung der hystorien vnd fabet an von der erweckung Lazari. Finit vero cum Ascensu in coelum. Omnia